

(29)

96

2

*Acta ab Episcopis Gallia' Pisciaci congregatis
ad reformatam Ecclesiam Gallicanam
A.D. XI. Prid. Id. Octob.*

Cum à Christianissimo Rege ad XIII. Calendas Augusti convocati Galli,
canæ Ecclesia Episcopi ut de maximis Eius negotijs deliberar,
rent, Pisciaci conuenissent; usq. uellementer ab eis imprimis conten-
dissent, ut turbulentissimis sectis agitatae Ecclesia aliqua ratione opé
ferrent. Interim dum expectatur Occumemici (quod nunc indistum
est) Concilij de tota re Ecclesiastica Decretum, dñq. de Ca. 2e. deli-
berassent. Ad id etiam adibitis aliquot saera Theologia, et iuris
Pontificij professoribus, quidnam potissimum esset faciendum. Po-
stremo omnes in Eae fuere sententia, ut existimarent nullum pra-
sentius remedium, quam si sedulo conarentur, ut cum primum fieri
possit, in pristinum statum Ecclesiastica restituueretur disciplina.
Quod, ut facilius fieret, et tota enet Eius rei ratio expeditior,
Eae que mo^r subiectientur, eis uisa sunt decernenda, qua et a 5^{mo}
patre nro Pontifice maximo confirmari. Et ut ea Rex Frisia^m
simus uelit executionem mandare, Pontificiam sanitatem, et Te-
gram ma^{tem} supplices orant, et obsecrant. Quicquid aut' sic
Decretum est, cuius sanctitatis arbitrio, ac autoritati submittunt
Nec a sede Apostolica illa unquam ratione sciungi uolunt, cui
se more maiorum semper fuisse, esseq. deditos, et addictos libenter
profidentur.

Quoniam ergo in Episcoporum Presulumq. probato delectu, et legitima
institutione situm est præcipuum Ecclesiastici regiminis momentu

certumq. est ab Eoc uno principio, tanquam a capite Ecclesiastici ordinis statu
casumq. dependere: quem quales rector populi, tales ministri eius, et qualis
princeps civitatis, tales habitantes in ea. Tantisper dum intermissio Eae in
parte iure veteri, recentioribus legibus utendum erit, et concordatorum,
lebit auctoritas, uisum est apprime profuturum. Si quam primum quis uac
at Ecclesiæ fuerit a Christianissimo Rege nominatus, eius nominatio
canonicorum conuentui quod Capl' vocant, et in ualuis Ecclesiæ, et aliis
locis publicis civitatis, et maiorum Diocesis oppidorum programmati
publice affixis populo significetur, quibus dies quoq; dicatur, quo qui est no
natus in Ecclesiæ cui est profuturus, se sustat examinandum, et ut licet
cuilibet libere, si quod in eo norit aut crimen, aut uitium, id canonicon
confessui indicare, aut denunciare, tam aduersus doctrinam, et religionem
quam uitam, et mores, qui quum se steterit, et ipsi qui aliquid obijcent (sig
sint) a Caplo auditus, aut exalto sine ullis iustis querelis obijcendi tem
nit obsecare quo minus rata, et firma sit nominatio, constiterit, fidem
in Caplo profiteatur. Quis quidem coram Arzepiscopo ad id nominatum cui
aut eo absente, duobus eius ipsis Provincie Epis, et uacantis Ecclesiæ Capl'
Arzepiscopis, ^{aut} coram Primate, aut duobus itidem Epis, et Caplo uacantis
Primas aut duobus Arzepiscopis, si qua comoda ratione fieri poterit, a
uno saltem cum Epis duobus, et itidem Caplo, quod cum fecerit, non
tamen idoneus iudicetur, quam ipsi ipsis, quos diximus, presentibus,
arbitrari vel publicè fuerit concionatus, vel sibi ab Arzepiscopo, aut Epis
præpositum sacra scriptura locum, prælegens fuerit interpretatus. Quod si
ritè peraltis, tum demum Summi Pontificis accedat prouisio, quod si
crimen, aut uitium obijciatur, quod iure comum impedit prouisionem

aut ea deprendatur ignorantia, ut tanto muneri sufficere non possit,
 protinus negotium remittatur ad Principem eius iudicio, et prude-
 nia, Ecclesia vacanti ita consulatur, ut tamen haec eadem proban-
 dorum designatorum ratiō in secundo, ac tertio, reliquisq. deinceps
 omnibus repulsorum in locum succedentibus, perpetua, inuolataq.
 seruetur. Quiequid autē in eius, qui idoneus reportus fuerit, pro-
 batione actum erit, id eorū omnium, qui interfuerunt subscripto-
 nibus atq. Antistitutis ipsorum sigillis confirmatum Romam una
 cum edita ab ipso fidei professione manu, ac sigillo eius confirmata
 ad Ecclesię Gallicanā Protectorem mittatur, ut referre possit
 ad Pontificem, qui non nisi perfecto huiusmodi granū, et fide
 digno testimonio, Ecclesię vacanti rite prouideat.

Ne post hæc fiant Episcopi nisi qui ex legitimo matrimonio nati-
 tricesimum aetatis annum attigerint iij. si fuerint presbiteri
 intra sex menses proximos ab Apathia prouisione ab Arzobispō cuī
 duobus Ep̄is, aut eo absente ab eiusdem prouincia tribus Ep̄is
 publice consecrantur, nisi forte in curia Romana à summo Pont.
 aut eius auctō in eadem curia sint consecrati, secundum p̄bri
 qui Ep̄atus possessionem iam assequuti fuerint, ij intra sex men-
 ses p̄bri ordinantur, et consecrantur, quacunq. auctō sint pra-
 diti, etiam si ad Cardinalatus honorem prouecti

Arzobisci, et Ep̄i, uti bonos pastores decet, Ecclesias, aut Dio-
 ceses suas ne deserant: sed eis quo ad eius fieri poterit,
 abundantem præstent, in suisq. cimicabns potissimum resideant

aut certe in yis Diocesis locis, ubi images ē re Ecclesie esse censuerint. quod amplius, quam tribus mensibus, eos absente contingat, absentia causam Aep̄us quidem proximo compromencialum Episcopō. Episcopus vero vel Archiep̄o, vel eo absente coepiscoporum et proximo comprobet. qui secundū poenitē Concilio Tridentino Statutis teneatur.

Curabunt etiam Ep̄i, ut orationi et saevorum librorum Lectori dant operam et ipsimet populo uerbum Dei annuncient, aut si quid obstat, quo minus possint. concionandi munus idones viris mandent, ipsiq. eorum intenint quo ad eum fieri poterit, concessionibus. Suos vero mores ita componant, ut sint, sicuti uob et Apl̄is, irreproducibilis, et qui familiae ac domini sua bene praesint, exemplumq. innocentis vita universo gregi prebeant. Luxusq. omnis et fastus ab eis ita sit alienus, ut temperante et moderatus in eis passim commendetur.

Provident Ep̄i ut nemo nec concionandi, nec erudienda iumentutis munus suscipiat, nisi cuius sanam, et a recta. et a Catolica fide non alienam doctrinam esse perspicue constiterit. Carent etiam ut nemini nisi cui ipsi id concederint publicè aut priuatum concionari, aut iumentutem erudire liceat. Qui contra fecerint, et ita Ecclesiam Dei perturbauerit, tamq; turbulentus, et seditus coerceatur.

Assimilat Ep̄i solemnibus saltē diebus sanctissimum Christi sacrificium celebrant, et sacramenta, quin locus et tempus populat admittat. Precent.

Quoniam in Ecclesia fixe consuetudo postma, uol potius corruptela multis

multis in locis in maluit, ut quoties uel Episcopus, uel ex ijs qui dignitatem sunt afferunt, uel etiam ex Canoniciis aliquis sacrificium celebrat, ab eo epulum exigatur, quo Canonicos aliquot cum altares ministri excipiat, uisum est nobis sacerendum, ne quid Euinsmodi in posterū fiat, quod ipsum cantum quoq; cœl' uolumus de ijs coniujs quæ ab Episcopis Archidiaconis, corumq; officialibus, et synodalibus concubibus exigi solent

Opere quoq; Ep' ordinantes manus imponant nec titulariorū ipsorum seu suffraganeorum, quos uocant, in posterum utantur vicarii opera. Si aut qui supersunt suffragani non nisi cum gravi morbo laborat Ep', aut aliquid legitimum obstat impedimentum Episcopali funerantur munere, quod quidem ita iudicio et arbitrio relinquimus Ep' ut interum admoneamus, ut meminerit sibi esse Deo iudicii reddendam rationem. Quibus etiam cauendum erit, ne in clericorū numerū eos ascribant, quos sit uerisimile, aliusd' sibi proponere, quam ut Ecclesiae ministerijs sese addicant.

Sacri ordines ita conferantur, ut omnis auaritia, et questus subiectio, omnisq; mali species quam longissime absit, nec ab ordinandis qui, quam exigatur, ne pro literis quidem dimissorijs: Scribe tamen pro opera, et charta, et cera quinq; solidos turonij, dumtaxat accepiant.

Quum ij ambus est à Summo Pontifice concessum Pontificale exerceendi privilgium passim dimissorias literas concedant, unde saepe fit, ut et indecni, et non satis probati ad sacros ordines promouantur

tur, ne post eae id. eis liceat, sed hoc ius solius sit Episcopi; ab ipso quoq;
summo Pont. optimendum est. Sed ne vacante sede, hinc dimissoria
a Caplo concedantur nisi his solis, qui ex necessaria suscepit bene,
fieri causa intra certum tempus coguntur promoueri.

Si sede vacante contigerit, ut a Capitulo dimissoria impetrantur literal
iij aut qui sunt ordinati fuerint minus idonei, aut non ea,
teant unde uiuant, eadem Lege teneantur, qui concessere, qua Episcopi

Episcopi singulis annis vissim suas visitent dioceses, praterq; si
quaq; tam late pateat, ut eam uno anno obire non possit. Tunc
aut sufficerit, si singulis annis partem obirens, biennio, aut tri-
ennio compleant visitationem, in qua ita se gerant, ut qua sint
corrigenda corrigant, et clerum in officio continentibus populum quoq;
sue salutis admonent

Episcopi singulis annis saltem semel Synodos congregent, nec perinde
ac si de rebus levissimis ageretur, eos qui convenerint, protrahant
dimittant: sed ex veteri Ecclesie ritu cuiuslibet fidem, doctri-
nam et mores examinent, et qua emendanda uisa fuerint, diligenter
genter emendent, et omnes sui officij admonent. Archiepiscopi
vero certos quoq; anno, die dominica secunda post Pentecosten,
aut si aliis pluit vi diem magis uideatur expedire, ius in Provin-
ciali Synodo indicetur

Cui quos imprimis oportet esse hospitalis, pauperum maxime cura
gerant, et ut Nosocomioru ac Xenodochioru Procedotropioru atq;
id genus

De Procuratione

id genus piorum locorum, quæ vulgo Hospitalis, Leprosarie, et Domus
Dei vocantur, facultates in usus definiatos impendantur prospiciant
atq. ab eorum administratoribus, quicunq. illi fuerint, singulis annis
rationes exigant Quia in re procuratores ipi ita se gerant, ut
omnino nulla in eis appareat amaritia; aut mala fidei suspicio.
alioquin ab ipsa procuratione amoueantur.

Puis. quorum maxima est dignitas, ut honor tribuatur, ut eis ubiq. in clero
et in Capitulo sit prima sedes, quam ipsi elegent, quibus etiam obedientiae
omnes (canonice, et alij qui in Ecclesia dignitatem, personatumque (que
uscant) obtinent, cateriq. qui in ea quomodo libet inservient, quig
coiter uel diuisim ab eadem dependent ab eisq. visitari, et corrigi:
omnino habeant necesse. Veruntamen causam eorum qui se exceptos
esse assertunt Episcopi per se, adhibitis tamen sibi in Consilio sex ex semio,
ribus Capiti, si trigesinta fuerint canonici, sin pauciores, saltem qua,
tuor cognoscant atq. iudicent, cateris in rebus Capiti iurisdictionis, et
bonorum administratio salua, et intatta relinquatur. Absente vero Episcopo
correcchio canoniconum dum taxat dicta Ecclesia Cathedralis, eoru
sit, ad quos iure, consuetudine, uel statuto pertinet. Ita tamen
ut Episcopus reversus negotium captum finire possit

Quum sint Ecclesie ualde perplexa multorum conscientie propter admissa
a se crimina, quæ reseruata sunt Episcopis, ut qui ad salutare confessionis
remedium non accedant, dum nec sacerdotem inueniunt qui eos ab
solueret possit, uel famæ sua timentes, porre malunt, quam ei illa
aperire, cuius est cognitio, uel sumptibus deterrentur, si ad
obtinentiam absolutionem sit sibi paulo longius profiliendum.

Monendi sunt Ep̄i ut eorum et pudoris et impense rationem habentes
Eccliarum Paroecialium Rectoribus, aut eorum Vicariis, qui munier,
entur idonei, committant; ut præter homicidium, sarcasmum, et execracionem
a ceteris occultis peccatis quosvis contritos, et rite confessos
possint absoluere. Pontifici quoq; maximo ijsdem de causis suppli-
candum est, ut de irregularitatibus, quas vocant, et de subi' rese,
uatis casibus aliqua indulgentia statuens, permittat, ut Ep̄i
potestate delegata eos possint absoluere.

Ars quudem Typographica Britiana Reip multa afferit comoda
si ea edantur in lucem, qua sunt utilia; rursus est longe per-
niciossima si emittantur in vulgus exactioni, et pestilentes libri,
cuiusmodi nris temporibus multi sunt editi suppresso nomine
Typographi; quod ne demecepit fiat, editio Regis protuber capimus,
ne Typographi, aut bibliopolæ librum ullum in lucem edant, vel uerum
exponant, vel clam uendant, qui non fuerit lectus, et approbatus ad
eo, vel ab ijs, cui vel quibus Sac Legendi, et approbandi negotium de
comuni seniorum Canoniorum sententia mandarit Ep̄i, in cuius
Diocesi habebit Bibliopola, aut Typographus, qui Typographi
aut auctoris nomen, et cognomen non contineat, quod ivesum quoq; di-
quibusuis scripturis, ac puluis tabulis, et chartis statuendum est
Porro aut Typographi Bibliopola institoresq; ac geruli, circum-
foranei, qui libros Emoi uendituri circuare solent, manu regia
coerceantur.

De Excommunicatione

Quo excommunicationis gravior est censura, et fidelibus Christianis magis
 tremenda. Quid enim potest Christiano gravius accidere, quam a catu
 fidelium segregari, et cum Ecclesie, tum etiam s^m Christi corporis
 communione privari? eo diligentius caendum est, ne temere, et
 tam leuis de causis cuius feratur sententia, ut nulgo contemnatur,
 nec ita "desuetudinem abeat ut Ecclesiastica . . . disciplina
 quod quidem usu uenturum esse nobis persuademus, se qua sequuntur,
 obseruentur. Primum quidem, ut si de causa ciuiili agatur, In ordine
 iudiciorum in omnibus inquam preparatorys, et qua etiam forte in-
 ciderint interlocutionibus censuris Ecclesiasticis nullus sit relatus
 locus, ad quas tum demum et nemendum, cum nullum aliud occur-
 rit remedium. Quod si reus in ius vocatus nec se suscere, nec litem
 uult consilari, ne impunita suam ferat contumaciam. Iudex item
 habeat pro contestata. Et si ijs qua ab adversario protosita fuerint
 deicta. Et respondere perinde habebatur ac si ijs assensus et confessus
 fuerit. Et qua sunt Smō. Quod tamen non alias procedat, quam si
 legitime secundo vocatus, parere non uerit, deinceps quoq; sint urrite
 Et qd ad excommunicationem attinet, nullam uim habebat, omnes
 Sac uerborum formulæ conceptioe obligationes nisi intra certum
 tempus satisfecerit, excommunicationi raeat. Sed nec pro iniurys
 qua uerbi fiunt, in forma malitiorum gniales decernantur mo-
 nitones, nec gniales illæ monitiones, quas ad finem reuelationes
 nulgo appellant, deinceps impediuntur, nisi pro gravissimis delictis
 et in cuiuslibus causis magni momenti, et non nisi cause per Cpm

5

cognita, ac diligentemente examinata, atque in iudiciorum quidem ordinem
(ut diximus) censura non admittatur Ecclesiastica. In rei autem
iudicatae excoicationem, eam ita secundum admittamus, si cum, qua
debeat sufficere, praecipserat monitus, prius fide dignis Comitibus.
ut si necesse sit, probari possit eorum testimonio, a iudice pronuntietur
sententia excoicationis. Sacrum quidem obseruantur in causis civilibus.
in criminibus autem ita statuendum ducimus merito in eos fieri posse
sententiam excoicationis, qui gravissimum criminum, ut verbi
causa, heresis, adulterij, furti, ueneficij, sortilegij, usurarum, et
caterorum Emotio, quae et ciuilibus legibus fere omnia corporis sub-
plicio puniuntur, et anima mortem aferunt aeternam, de quibus ab
Ecclesia sapienter admoniti, nullam praeseferunt penitentiam, publica no-
tentur infamia. Aequum enim est, ut qui corrigi nosunt, tangere membra
putrida a corpore resecantur: et merito molestia est maledictio, qui
quasi peccatum ariolandi sit refugnare, et quasi peccatum idolatrie
nolle acquiescere. qui secus in quempiam pronuntiaverit sententia
excoicationis, et admonitus errorem suum non renuncaverit, et
quem excoicauit, omnes, quas propter hanc excoicationem fecerit in-
pensis, et omne quod intererit cogatur restituere. Quoniam autem sunt
sodales permitti a Dei timore, et ultra pacate ad eos alium, ut a
catu fidelium segregari non admodum absorbeant. Supplicabitur
Regi ut qui ex malo proposito, et indurato animo, integro anno
passi sint se esse excoicatos, in carcерem coniiciantur, nec indu-
prios excent quam fuerint absoluti, ut uel multi cogantur cesi-

pisceret et reconciliari Ecclesiae.

Quacunq. Ecclesiastica censura, suspensionis, vel prohibitionis seu ab Eomine
seu a lege, aut canone gnáheter prolatæ fuerit sententia, ea ut statuit Concilium.

Basileen, neminem a sacramentor. cum aliquo Communione, aut in reb.

Dominis vel etiam propriatis conuersatione cogat abstinere, nisi in certa
personam, Collegium, Universitatem Ecclesiam, et locum certum, norātum
aut expresse fuerit pronunciata, nisi forte adeo sit cuidens in smam
Excoications incidunt quemquam, ut nulla possit tergiversatione celari
aut ullo iuris auxilio excusari, quod quidem sanamus. Non quod
aut excoicato faucamus, aut eorum leniorem vel omnis cōf. conditio,
nom, sed ut ex simpliciorum animis scrupulos, qui eos cruciant cuella,
mus

Ecclesiastice dignitates. Personatusq. quos vocant et officia non conferant.
in posterum, nisi miris idoneis, et eisdem Ecclesia ab aliis Canonici, quig
uicissimum quintum etatis annum attigerint, et quos eruditis, probitatisq.
morum comendant, quib. necesse erit residere, et pontes suo fungi munere
conuenienter cuiuslibet dignitati, personatusq. et officio, et ut postulat
missio, statutumq. ac ins uel consuetudo Ecclesiar, que quidem
dignitates, personatusq. et officia ne sint cūsmodi, ut nihil sit in quo se
exerceant, qui illa obtinent. Sed totius Ecclesiae comodis, ac rati,
omibus cum alijs consulant, Etiam si sint tantum ad officium creatae
Canonici, poterunt eas assecuti Caplū ingredi, et tenere locū suarū
dignitatum. Nec tamen propterea erit a Caplo plus eis distribuendū
quam distribui consuonit dignitatibus. Suppletar aut petetur a summo
Pont. ne quis nullo modo dericeps creetur Canonicus ad officium

Archidiacomi quorum munus est visitare ipsi per se non aut per vicarios, visitandi munus obeat, nisi esse legitimum impedimentum, quod probetur ab Episcopo. visitandi aut munere non cursum, aut lemittere, sed diligenter, ac mature perfungatur, interim autem dum hoc suum faciat officium perinde habeantur, ac si pontifices essent in Ecclesia, quod ad omnium frumentorum attinet perceptionem, et distributionem. Sunt autem sunt firmis contenti et rationem sua visitationis Episcopi, ad quos ea res maxime pertinet, reddant de arduis, et maioribus causis non cognoscant, neque censuris utantur Ecclesiasticis, nisi auctoritas acciperit Episcopi, qui etiam potest in eos animaduertere, si ob turpe lucrum quicquam fecerint, aut abo modo delinquisti fuerint comperti.

De canonici

In Cathedralibus Ecclesiarum canonici ne frant priusq; decimi octauii attigerint, nec nisi sint sonoris moribus prædicti, et sicutem mediocriter dochint, ut spes sit eis aliquando ex Episcopi daturom consilium. In Ecclesias vero collegatis sunt statutis legitima canonici omnes residant, nec absint nisi causa cognita, et per Episcopum, et per Capitulum approbata.

Duo canonici, quos a consilio in comitatu Sre. Episcopi a iure permittoant, integros predictar. suarum fructus, tam grossos quos uscant, quam minutos, et que indices obuenient distributiones percipient. In eis non poterit quibuslibet Pontificum contrarijs constitutis omnibus. Statutisq; et consuetudinibus.

Canonici libris sacris legendis potissimum dent operam, cum aut multi interierit

intersit Christianæ Rerip ut sunt in Ecclesia vires doctri, qui uelut splendor
firmamenti, in ea refulgent, et ad militiam plurimos possint erudire; aequum
uidetur, ut qui recens admitti sunt ad Canonicatum non admodum actate
aut doctrina prouecti aliquot annos bonarum, et potissimum sacrarum Lite-
rarum Studijs in aliqua publica, et a recta fide non aliena Academia dei
operam; eisq. portio aliqua ad fouenda eorum studia, ratione Sapientia pro-
uentuum probenda, a Capitulo assignetur, cui tamen illi ipsi, qui Studior.
causa aberent, Canonicis uerum, ac fideli per magistrorum suorum
hac testimonium singulis annis exhibebunt, quod serujs, ac graniter
literarum Studijs incumbant. Exalto autem iusto Studiorum tempore
ad Ecclesie oscunda munera ex ipsis Capiti arbitrio revocati pareant,
alioqui et assignata portione, et omnibus alijs probenda, et Canonicatus
siftibz primandi. Ceteri autem Canonicci, ne ipsi quidem excepti, qui
dignitatis obtinent, cum omnibus probis carum cimicatum, in quibus
non est uniuersitas, sedulo moneantur ab Episcopo et Rebus Ecclesiasticis
nt Teologos audiunt prelegentes In quibus autem est uniuersitas, fre-
quenter audiunt professores sacras literas publicè interpretatur, nisi
ubi iam eo nomine Teologo probenda assignata est. Alter uero oibus
fests, ac Dniis diebus, uti inscribit Episcopus, concionetur, praterquam
quando visitantem Episcopum aut alium ab Episcopo ad id missu' comitabit.

In Cathedralibus Ecclesijs in quibus sunt plusq; triginta Canonicci du-
abus doctoribus Theologis assignentur probenda, quorum alter una,
quaq. Sebdomada ter saltus sacras literas publicè interpretatur, nisi
ubi iam eo nomine Teologo probenda assignata est. Alter uero oibus
fests, ac Dniis diebus, uti inscribit Episcopus, concionetur, praterquam
quando visitantem Episcopum aut alium ab Episcopo ad id missu' comitabit.

quo tempore, vel etiam quando infra Ep' extra ciuitatem comconabitur
præsens regatur in Ecclesia, in quibus aut sunt pauciores, una uni
doctori Teologo assignetur præbenda, qui et prælegendi, et concionandi
altermis viis munus obicit. In ijs autem Theologus eligatur dignatur
ab Ep' industria persona, ita ut neque mandatis Apostolicis, neq. sclo,
lastris monitionibus in eis præbendis obtinendas sit locus, Nec in ea,
iusquia gratiam eis possint renunciare Theologi, nisi qui ab ipso Ep'
fuerit approbatus. In ijs quoquia Ecclesijs in quibus sunt Canonica regu,
Lares, sit utidem unus Theologus eisdem si fieri posset ordinis, si in
minus, doctor alius seu regularis, seu secularis qui et prælegendi
et concionandi constituto ei honorato stipendio, munus obeat, donec ex
eorum numero sit aliquis idoneus, in collegatis quoquia insignibus
Ecclesijs Ecclesijs assignetur etiam præbenda Theologo, qui utidem
et legendi et concionandi fungatur officio, eadem, quam superius
diximus lege, et conditione, Et autem Theologus quorum opera est
Sodie maxime necessaria, citius prouideatur, nisum est demissus ut
quilibet prima uacatura ad quemcumque seu ad Ep'm, seu ad Capl'm
communiter, vel separatum, cuius pertineat collatio, eis conferatur.
Suppetetur autem Summo Pont. ut supprimatur una præbenda in
Ecclesijs cathedralibus in quibus regunt, aut eo amplius erunt præbenda
ut ex ea prouenientes fructus in posterum assignentur unii ludi
magistro, aut pluribus, sicut nisum fuerit Ep' et Capl'. Sabita
ratione locis, et personariv. Eorum autem ludum agustor. instituto
cuius sit, ad quem iure pertinet præbendie collatio. Si autem electio
pertineat ad Capl'm, eius sit pontatio, Ep'i vero institutio, quod

si y qui hoc modo crudeliter inventutis curam suscepserunt, recte. et
dilectenter manus suum non abeant. Episcopi et Capituli arbitratu amoveantur
et alijs in eorum locum sufficiantur.

Ecclesiarum Cathedralium ac Collegiarum Canonici, cum primum deinceps
recepit et admissi fuerint, tam grossos (quos vocant) quam quoscunq;
alios suarum praebendarum fructus percipient, si modo resideant, et
poteris suo fungantur officio, nisi ex corundem locoru' speciali; ac legi,
et una fundatione predicti grossi fructus pro certo tempore alijs Ecclesijs,
aut pisi usibus, aut fabrica expensis debentur

Quicunq; in Cathedralib; et collegiatis Ecclesijs dignitates sunt affecti, et ois
etiam Canonici postquam maximum quintum annum compluerint, ad saecu
ordines promovantur, praterquam si ex Statuto, vel Ecclesiarum funda
tione sint eorum praebenda Deaconis, et Subdiaconis deputatae, scpt'
aut sint in Ecclesijs cathedralib; Diaconi, si tot ferre possit Ecclesia.
Si minus, tot sint, quot arbitrio Episcopi, et Capituli ecclesiam ferre possi
visum fuerit, y aut qui Diaconi, et Hypodiacomi fungantur offi
cium principale celebratur sacrificium, diebus saltem dominicis, et
solemnibus festis, necesse habent sacram percipere communionem
etiam si sint pbroi: ut ad frequentius comunicandum eorum exem
pli incutetur populus, quod ipsum, nempe ut dum sit sacrificium
predictis diebus comunicent Diaconi, et Hypodiacomi, frat etiam
in collegiatis Ecclesijs, ubi satis est magnus numerus pbrorum, Idem
frat in monasterijs, in quibus cum Diaconi, et Hypodiaconi, etiam
monachi quam maximo freri poterit numero, communicent
Canonici ita se gerant, ut a suo nomine, quod regularem significat min
me

nime differunt, ea sunt in eis modestia, ac moderatio, ut et luxus nite-
tur, nec ab eis quicquam admittatur, quod offendat populum. ~~Deum~~
Deum autem cum Psalmis, et canticiis spiritu ac mente colant. Quae omnia
uocant Episcopum, ut recte, et congruerter fiant ad sanctorum Patrum regulam
et maxime Concilij Basiliencis, qua inter cetera caueatur, ut ipsi Canonica
Satis horis officio intervent, et psallant, quod nisi faciant, multentur ab
Epsco, cuius est curare, ut in Ecclesia Deus recte colatur, ipsi autem Cano-
ni, presentim iuniores, per se uicissim, et Satis suis diebus sacrificium
celebrent, non legitimum, et quod Capitulo probarint, constituerit impedimen-
tum, quod si accidereat, alteri ex Canoniciis uices suas mandabut

Canonici autem ubi ad eos prebendarum pertinet electio, et ecclesiarum pa-
racialium, ac aliorum beneficiorum prouisio, sicut et reliqui Ecclesiastis,
corum sacerdotiorum collatores ac patroni, in eis conferendis ita se gerant
ne subi graticentur, aut famulis ea conferant, quos habent in pectore, ex
spectantes, ut quendam uix erint, ipsi fruantur collata Ecclesia prouen-
tibus Prudentiam aut collatores, ut ex sententia canonis, abiq. ulla
fructuum diminutione, et circa ullam de ipsi galionem, Ecclesiastica
beneficia conferantur

Moneantur quoque a suis Episcopis Cathedrali Ecclesiar. et collegiatarii
Castellani, ut futuros suos liberos per viros suos et longo iam usu in
rebus et ministerijs Ecclesiarum ueratos, visitandos current, et quae in
eis comparent potius ad paucorum questi, et peruvati lucru
et ad excitandum inter fratres discordiam, quam ad pacem, et
aequabilem inter eos societatem pertinere, mature et diligenter
emendent

105

emendent. eamq. emendationem Cpo' sic probent, ut ipsius iudicio, et an, honestate conformetur qua in re si Capl'm se negligentius gesserit, et cessando, et differendo antisitia, seu abdicationem contemnere nisus fuerit. Tunc Cpis ipse in volumine ipso Statutorum cum aliquot seniorum Canonorum consilio, qua regum est iudebitur, tollere, addere, minuere augere, et quo modo comutare suo iure.

De Rectoribus Ecclesiasticis Parochialibus

Ecclesiasticis parochialibus presentatio, et collatio, eorum sit, ad quos iure privilegio. Statuto vel consuetudine constat eam pertinere, sed ita ne quis deinceps eam pleno iure conferat, nemus sit ipso perpetua metit, ratio, servato tamen ijs, qui plenè conferabant prasentandi iure, quod tamen nec ad prioratus, nec ad regularia beneficia, qua Abbes vel Piores conferre solent, extendatur, et ne ea maxime populi damno Christiani, ignari, ignotis, minimisq. idoneis conferantur. Supplicet² summo Pont. ut ab eis, Ecclesiasticis collationibus omnia ad sextum usq. mensem a die uacationis abstinerent velint.

Quicunq. vel Renuntiationis, vel Apostolici mandati, vel alio quoniam iure quam Ordinaryi ante Parochialem Ecclesiam obtinuerit, eius posse, sicutem non ante adipisci possint quam ab Epis, ex senioribus Capl' nonnulli arbitris, fuerint examinati, qui si minus reperiantur idonei, licet eis semel ius summ. quibus uolent, cedere, dummodo id intra mensem fiat, et illi ipsi quibus coferint partizionis approbentur.

Ius protant patrini, et qui norantur, aut eliguntur non praecepte

inserventi, admissi, aut confirmati censeantur, quam se se Ep̄o suo non
nullis adhibitis senioribus Cap̄li poterint, ac idoneos probauerint
qui se ob irā, inscitiam, aut aliam iustam ob causam repellantur
tum poterunt patroni Ecclesiastici repulsi loco, sed semel tantum
potestare, qui ne ipse quod fuerit ab Ep̄o reiectus, ob idq. superioris
auxilium implorarit, non ei quicquam nisi causa probē cognita, et
precedentis repulsi ratione legitime discussa, a superiori concedat.
Si nullos praeficiant Ecclesijs parvulus, nisi uicesimum quintum atque
annum attigerint, prius examinata eorum fide, doctrina, et moribus
pro loci temporis ratione.

Maxime quidem danda est opera, ut præretetur Concilio Calcedonien^m
Decreto, quo cauetur, ne clericus in duabus ascribatur Ecclesijs et
quicunq; ordinetur, certè Ecclesiæ assignetur. Quod si in ceteris in
eo quidem certè maxime esset obseruandum, qui parle præfuturus
Ecclesiæ animar, curam geret, quoniam aut importunius permuli
præcibus a Pont. maximo saepe impetrant, ut canore soluti, plura in
quibus animarū gerenda est cura, obtineant sacerdotia, res ita
temperetur, ut et Pontifici honor, quem par est, sabeiatur, et ratio
meatur ne Pontifica privilegia noceant Ecclesiæ, Et aut ita demū
fuit, si summus Pontifex quodcumq; præmolum a se fuerit impo-
tratum id ita ratum, ac firmum esse uult, si us quem solvit canore
et iustam esse causam cur eo sit solutus, et neutri car, Ecclesiarii
quibus est præfuturus id est obfuturum, Ep̄o, adhibitis in consilii
senioribus Cap̄li, ac ijs qui in eadem Ecclesia fuerint, Theologis con-

probaret. Eoc etiam quam religiosissime obseruetur, ut paroeciales
Ecclesiae sint in eodem Episcopatu, aut saltem a se minicem non distent vias
unius diei itinere.

Rectores Ecclesiarum paroecialium, et quicunq; animarum curam gerunt
apud suas resident Ecclesias, qui vero plura habent beneficia, qua
uel ob curam animarum, aut aliam rationem residenti necessitatem
afferant, Ecclesiam in qua non resident, quam sapienter visitent. Vi
carios autem constituant, quos sit vita, moresq; probati, et qui fidei
quoz et doctrina sua Christi, aut eius Vicario primus rationem reddat
quam functionem meant.

Quicunq; animarum, curam habent, aut habenturi sunt intra annum
a die collationis beneficij ordinariorum patrum, quod ne ulla protractione
privilegio, et ne quisquam Sociorum ordinum percipiendo soluat
canone supplicabitur Pont. Max.

Ecclesiarum Rectores quam sapienter sacrificium celebrarent, et in legi
domini sedulo meditarentur, gregem sibi commissum in ea instituentes
maxime diebus festis et Dominicis doceant quod religionis et fidei non
